

tur, sed posteriore dimidio situ paene consumtus est. Init L. I. *De causa dei contra pelagium et de virtute causarum domini thome de wawardin doctoris profundi Cantuarien. Archiepiscopi. Magnorum ac multorum petitionibus ac repetitionibus cumulatim incessanter sollicitor &c.* Praefatio haec est; O-

Finito libro sit laus et gloria christo.

Visum scribentis benedic deus atque legentis.

Nomen scriptoris si tu cognoscere velis,

Ste tibi sit primum, medium phanus sit in ymum.

Anno domini M^o. CCC. LXXXI^o. obiit Mater scribentis illum librum nomine *Margareta* &c. et tunc currebat annus tricesimus scribentis a tempore natiuitatis suae. Gessit deinceps Vir hic Parochus in *Atzpach* et S. *Stephani* Canonicus a. 1391. et 1397. fascis Academicos. Sequitur mox Operis nostri *Liber II.* verum quo profundius intras Codicem, crebrescunt deferta et inhospita tesqua.

DCXIX.

U. 468 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 164. f. per duas columnas exaratus et rubricis distinctus est Exemplar tertium Operis mox relati, integrum, et quod ad calcem ita habet: *Explicit istud opus de causa (Dei) contra pelagium et de uirtute causarum (et de) virtute Dei cause causarum scriptum wienne Anno a natiuitate domini &c. (14)74. 13^o Junij et 7^a lunacione Mai et hora 20^a finitum per manus Johannis.*

Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

pus vero ipsum sic inchoat: *In primis supponatur quod deus est summe perfectus et bonus &c.* ut in Edit. *suprac.* nisi quod utraque absit ad *Mertonenses Epistola.* Ad calcem: *Explicit primus liber huius summe per manus Stephani de enczestorf a^o* (fortasse *Austriaci*)

DCXX.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 322

Folior. 25. f. currente calamo exaratus maximam partem ad *Acta Job. Capistrani O. M.* in *Germania* pertinet, et exhibet 1) ejus Literas ad *Academiam Viennensem* datas *Znoyma 24. Sept. 1451.* hujus initii: *Nolo vos admirari clarissimi Virique celeberrimi diuturnum silentium meum &c.* Optat, ut locus habendi cum *Rokyzana* et *Bohemis* de *Fidei negotio Colloquii* a Rege *Ladislao* designetur, intersintque *delecti* ex *Academia Theologi*, nec obscure innuit, *Viennam* sibi *praeplacere.* Nullibi harum *Literarum* mentionem reperio. *Waddingus* in *Annalib. Minor. T. XII.* ad an. 1451. ne quidem *Znoymae* meminit.

2) Literas *Job. Rokyzanae* ad *Capistranum* absque notis chronol. Ineunt: *Salutem et salutis opera facere et docere. Obsecro te frater religiose in christo dilecte &c.* Editae sunt ab *Amando Hermann*

S

in